Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



in finem & ciuitates destruxisti. Ciuitates autem inquib: diabolus regnat ubi dolo
sa & fraudulenta consilia tamquam curiae locum obtinent cuius principatui quasi
satellites & ministri adsunt officia. quorumq: membrorum oculi ad curiositatem
aures ad lasciuiam uel siquid est aliud quod in malam partem libenter audiuntur ma
nus ad rapinam uel quod libet aliud facinus aut flagitium & membra cetera in hunc
modum tirannico principatui id est puerilis consiliis militantia huius ciuitatis
quasi plebes. e. omnis delicate affectiones. & turbulenti motus animi. Cotidianae
seditiones in homine agitantes. Ergo ubi rex. ubi curia ubi ministri. ubi plebes inuenu
tur ciuitas. est. nec enim talia essent in malis ciuitatib: nisi prius essent in singulis
hominib: quasi tamquam elementa & semina ciuitatum. Has ciuitates destruit
cum exclusio inde principe de quo dictum. e. princeps huius saeculi missus. e. foris.
uastantur haec regna uerbo ueritatis. sopiuntur maligna consilia turpes affectiones
edomantur: membrorum & sensuum ministeria captiuantur. ad iustitiae & bonorum
operum militiam transferuntur. ut iam sicut apostolus dicit. non regnet peccatum
in uro mortali corpore. & cetera eius loci. tunc peccatur animus & ordinatur homo
ad quietem & ad beatitudinem capescendam.,

Perit memoria eorum cum strepitu.
Impiorum scilicet. sed cum strepitu. siue quasi strepitus dictum. e. cum impietas
euertitur. non enim transit ad summam pacem ubi summum silentium. e. nisi quia magno
strepitu prius cum suis uitiis belligerauerit. siue cum strepitu dictum. e. ut perit
memoria impiorum. etiam ipso strepitu pereunte. In quo tumultuatur impietas,
& dns in aeternum permanet. ut quid ergo fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania.
aduersus dnm & aduersus xpm eius. Nam dns in aeternum manet.,

Parat ut in iudicio
sedem suam & ipse iudicabit orbem terrarum in aequitate.,
Pa
rat ut cum iudica
tus. e. sedem suam. pillam enim patientiam homo celum adquisiuit. & dns in homine
credentib: profuit. & hoc. e. occultum filii iudicium. sed quia etiam palam manifes
tetque ueniturus. e. aduiuos & mortuos iudicandos. parat in occulto iudicio sedem
suam. & ipse tempalam iudicabit orbem terrarum in aequitate. id est merita dig
na distribuens agnos ad dexteram ponens. haedos ad sinistram. iudicabit populos
cum iustitia. hoc. e. quod superius dictum. e. iudicabit orbem terrarum in aequita
te. Longe quemadmodum iudicant homines qui cordaria non uident a quib: plerique
de teriores absoluuntur. quae condemnantur. sed in aequitate & cum iustitia dns iudi
cabit. testimonium phibente conscientia. & cogitationib: accusantib: seu defen
dentib:.,

Et factus. e. dns refugium pauperi. Quantum libet persequatur in
micus ille. qui conuersus. e. retro. quid nocebit eis. quorum refugium factus
. e. dns. sed hoc fidelibus in saeculo cuius ille magistratus. e. pauperes. ee. diligerint.